

#### **4. Urząd ds. Papieskich Celebracji Liturgicznych**

##### **Nowy obrzęd błogosławienia i nałożenia paliusza**

*Podczas konsystorza w dniu 18 lutego 2012 r. obrzędy związane z kreacją nowych kardynałów poprzedziły sprawowanie Eucharystii (obrzęd ten przedstawiliśmy w poprzednim nr. „Anamnesis”). Podobnie pobłogosławienie i nałożenie paliusza nowo mianowanym metropolitom w dniu 29 czerwca 2012 r. odbyło się przed sprawowaniem Eucharystii. Sam ryt błogosławieństwa i nałożenia paliusza pozostał niezmienny, tylko zamiast po homilii, obecnie poprzedza on Mszę św. Papież Benedykt XVI zaaprobował tę zmianę w dniu 15 maja 2012 r. Mistrz ceremonii papieskich, ks. pralat Guido Marini, w rozmowie z „L’Osservatore Romano” tłumaczył, że obrzęd nie ma charakteru sakralnego, dlatego nastąpiła ta zmiana. Wyjaśnił on, że starało się skrócić czas trwania obrzędu, dlatego lista nowych metropolitów odczytywana jest przed rozpoczęciem procesji i śpiewu „Tu es Petrus”. Chodziło także o to, by sprawowania Eucharystii nie przerywać długim obrzędem, który może utrudniać uważne i pobożne uczestnictwo w niej.*

*Ks. pral. Guido Marini przekazał ten obrzęd Kongregacji ds. Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów celem opublikowania go w „Notitiae”. Kongregacja poprzedziła publikacje obrzędu notą wprowadzającą.*

##### **RITUS BENEDICTIONIS ET IMPOSITIONIS PALLIORUM**

*Antequam processio incipiat et „Tu es Petrus” cantetur, Archiepiscoporum Metropolitanorum, Pallia recipientium, nomina leguntur.*

*Cum Summus Pontifex ingreditur, schola cantorum cantat:*

Tu ES PETRUS

Mt 6, 18-19

Tu es Petrus, et super hanc petram  
aedificabo Ecclesiam meam, et  
portas inferi non praevalebunt adversus eam,  
et tibi dabo claves regni cselorum.

*Diaconi Pallia, ex Sancti Petri Confessione deprompta, ante Summum Pontificem ponunt.*

##### **METROPOLITARUM PRESENTATIO**

*Cardinalis Protodiaconus Metropolitas Summo Pontifici praesentat Pallia recepturos, atque ea absentium nomine postulat.*

Beatissime Pater, Reverendissimi Patres Archiepiscopi hic stantes, Sanctitati Vestrarum et Apostolicae Sedi fide et devotione addictissimi, humiliter postulant ut Pallium de Confessione beati Petri sumptum, significans quidem potestatem qua, in communione cum Ecclesia Romana, Metropolita in propria provincia iure instruitur, a Sanctitate Vestra sibimetipsis tradatur.

Ceteri vero Patres Archiepiscopi ad Metropolitanas Ecclesias nuper promoti, qui Romam petere hac ipsa die nequierunt, humiliter petunt ut Pallium recipere queant,

nomine et vice Sanctitatis Vestrae, a Legato Pontificio in sua quisque Ecclesia Metropolitana.

#### IURISIURANDI FORMUŁA

*Metropolitae Pallia recepturi, stantes, ante Summum Pontificem, iurisiurandi formulam una simul legunt.*

Ego N.,  
Archiepiscopus N.,  
beato Petro Apostolo,  
Sanctae, Apostolicae, Romanae Ecclesiae,  
ac tibi, Summo Pontifici,  
tuisque legitimis Successoribus  
semper fidelis ero et oboediens.  
Ita me Deus omnipotens adiuvet.

#### PALLIORUM BENEDICTIO

*Summus Pontifex, sine mitra ac stans, dicit:*  
Deus, Pastor aeterne animarum,  
qui eas ovium nomine designatas  
per Iesum Christum Filium tuum,  
beato Petro Apostolo, eiusque Successoribus,  
boni Pastoris typo regendas commisisti,  
per ministerium nostrum  
effunde benedictionis tuae gratiam super haec Pallia  
quibus symbolis pastoralis curae  
documenta significare voluisti.  
Humilitatis nostraræ preces benignus excipe,  
atque Apostolorum meritis et suffragiis concede,  
ut quicumque ea,  
te largiente, gestaverit,  
intellegat se ovium tuarum Pastorem,  
atque in opere exhibeat, quod signatur in nomine.  
Tollat iniectum collo suo evangelicum iugum,  
sitque ei ita leve ac suave,  
ut in via mandatorum tuorum  
exemplo et observatione praecurrens,  
in loco pascuae tuae perpetuo collocari mereatur.  
Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

#### PALLIORUM IMPOSITIO

*Ad finem benedictionis oratione adducta, Summus Pontifex consideret, mitram et pastoralem recipit, tandem dicit:*

Ad omnipotentis Dei gloriam  
atque ad laudem beatae Mariae semper Virginis  
et beatorum Apostolorum Petri et Pauli,  
ad decorum Sedium vobis commissarum,  
in signum potestatis metropolitanae,  
tradimus vobis Pallium  
de Confessione beati Petri sumptum,  
ut eo utamini  
intra fines provinciae ecclesiasticae vestrae.  
Sit vobis hoc Pallium symbolum unitatis  
et cum Apostolica Sede communionis tessera;  
sit vinculum caritatis  
et fortitudinis incitamentum,  
ut die adventus et revelationis magni Dei  
pastorumque principis Iesu Christi,  
cum ovibus vobis creditis  
stola potiamini immortalitatis et gloriae.  
In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

R. Amen.

*Exinde Summus Pontifex in umeris singulorum Metropolitarum Pallium imponit et pacis signum permutatur:*

Pax tibi.

R. Amen. Et cum spiritu tuo.

*Interea schola cantorum cantat:*

EUNTES IN MUNDUM

MC 16, 15

Euntes in mundum universum,  
praedicate Evangelium omni creaturae.

*Archiepiscopus Secretarius Congregationis pro Episcopis a Summo Pontifice  
Pallia recipit aliis Metropolitis destinanda.*

*Sequitur ritus introitus ad Sanctam Missam.*

(Przedruk z „Notitiae” 49 [2012] s. 289-293)